



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

§. 2. Inconstantia magna in homine.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79340)

Vitæ modum, quem semel arripueris, perseveranter tene, constanter exequere; nè scenicâ, quod ablit, à temetipso vertigine videaris discrepare. Petrus Dam. opusc. 15. 27.

Sicut bilanx aurifabri tam est mobilis, ut levissimâ quavis festucâ deprimatur; ita nos propter exiguum occasionem à bona via defestimur, & descendimus in profundum vitæ prioris. Stella p. 3. c. 75.

Luna. Lem. *Non vultus, non color unum.* Picinelli.

§. II.

Inconstantia magna in homine.

Ante mortem nè laudes hominem quemquam. Eccli. 11. 30. Quia adhuc est in pugna. Hugo Card. hic.

Et accedens tentator. Matth. 4. 3. S. Leo f. 3. de Quadr. Viderat suam superbiam baptizati Domini JESU humilitate calcantem; intellexerat quadraginta dierum jejuniò omnem cupiditatem carnis exclusam; & tamen non desperavit de artibus suæ malitiæ spiritualis improbitas: tantumq; sibi de naturæ nostræ mutabilitate promissit; ut, quem verum experiebatur hominem, præsumeret, posse fieri peccatorem.

Nonne duodecim sunt horæ diei? Joan. 11. 9. Si quis literam, & non sensum, advertit; importuna videtur responsio. Nec aliter illis Christus apologizare debuit; nisi quia duodecim sunt horæ diei, pro eo, quod in eis facile, atq; tantundem hominem imitari contingit. Et in successione temporum sæpe fuit successus voluntatum, ad mutationem agenda nequitia, vel virtutis; nihil stabile in hominibus super terram. Simon Cass. l. 5. c. 15.

Ex Patribus, & aliis.

Qui statum mentis perdidit, subsequenter foras in inconstantia motionis fluit atque exteriore mobilitate indicat; quod nullâ interius radice stabilitatis subsistat. S. Gregorius pastor. curæ p. 3. c. 24.

Plerumque humanis obrepit mentibus, ut, aliquâ levi peritriclii offensione, si non illis cedant pro studio voluntaria, officio desistant. Quod in alio genere hominum tolerabile; in iis verò, qui rei divinæ intendunt, plenum doloris. S. Ambrosius, ep. 17.

Adhuc in corde calent Sponsi vestigia, & jam intromittuntur adulterina desideria. S. Bernardus tr. de scala Claustralium. c. 9.

Multorum est incipere, paucorum admodum bene coepta perficere. Philo Carpath. in 1. Cant.

Vox illa prisca de Christianis hæc verissima est: manè psalterium, meridiæ convivium, vesperti convitium, & propudium. Drexelius Tristmeg. l. 1. c. 8.

Bonum propositum, quod in aurora prodijt, in meridiæ jam occubuit. Manè orat: *non movebor in æternum* Ps. 29. 7. Sed ante meridiem adhuc dicere potest: *de profundis* Ps. 129. 1.

Juglaris Quadr. conc. 9.

§. III.

*Inconstantie exempla.**Ex Veteri.*

Tullit Thare Abram filium suum, & Loth filium Aran - & eduxit eos de Ur Chalda. Abraham Loth, & Saram, tulit Thare pater Abrahæ de Ur Chaldaeorum, ut irent in terram Chanaan. Gen. 11. 31. Verum Thare, cum venisset usque Haran, habitavit ibi. & usque in Chanaan Abraham profectus non fuit. S. Thom. Aqu. hic ait: mystice factum id: ut significaretur id, quod multis accidit; qui per viam Religionis, aut poenitentia, de terra sua exeunt; sed ad terminum viæ non perveniunt; imò in viam remanent, quasi in termino finali essent. Didacus Niff. Vit. Abr. l. 1. c. 6.

Respiciensq; uxor ejus &c. Genes. 19. 26. Uxor Loth, præcepta contemnens, retroque respiciens, statua salis effecta; suo exemplo fatuos condidit in proposito sancto, quod tendunt. S. Prosper de promiss. DEI p. 1. c. 16.

Pharao quàm celeriter mutatus. Ex. 12. 31. *Surgite, & egredimini.* Paulo post Ex. 14. 5. 8. *Immutatum est cor Pharaonis.* 1. Reg. 4. 7. dicunt Philisthæi: *venit Deus in castra.* Paulo post v. 8. *quis nos salvabit de manu Dæorum sublimium istorum?*

Recesserunt citò de via, quam ostendisti eis. Ex. 32. 8.

Preca-mur, si invenimus gratiam coram te &c. Num. 32. 5. Filij Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse, quadragena-rios labores in peragranda solitudine perpessi, in fine laborum defecerunt; ac terræ promissionis ultra Jordanem sitæ, ad quam ibant, renuntiantes, in terra Galaad, citra Jordanem posita, ut sibi persistere liceret, postulârunt: *preca-mur &c.* Mendoza in 1. Reg. 13.

Si dederis mihi mediam partem domus tue, non veniam tecum, nec comedam panem, neq; bibam aquam in loco isto. 3. Reg. 13. 8. Imò restitit & filio Prophetæ, cum primum ejus constantiam probaret. v. 16. Nihilominus repetita tentationi tandem succubuit: *comedit ergo panem in domo ejus, & bibis aquam* v. 29. Si hanc tertiam tentationem superâisset, leonis unguibus oppressus non periisset. Idem ibi.

Elias occurrit regi, & à regina fugit. 3. Reg. 19. 3.

Ozias fecit, quod erat rectum in oculis Domini. 2. Paral. 26. 4. Sed cum roboratus esset, elevatum est cor ejus in in-ceritum suum; & neglexit Dominum DE-um suum. v. 16.

Equò animò estote fratres, & his quinq; dies expectemus à Domino misericordiam. Judith. 7. 23. Licet Ozias beneficiis differendo traditionem civitatis, & inducendo expectationem divinæ misericordia; tamen præfigendo terminum quinque dierum malè fecit; quod mox ipsa Judith acriter reprehendit: *quod est hoc verbum &c.* c. 8. 10. q. d. in expectatione divinæ misericordia; non tantum